Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



apl oy

139

& sileas adorantes laudabant dm. exaudiebant eos
qui incustodia erant. Subito terre motus fact
est magnus. Ita ut moueretur fundamenta car
ceris. Et statim apta s ostia omnia. & uniuer
sorum uincula soluta sunt. Expergef aut
custos carceris. & uidens aptas ianuas carceris euagi
nato gladio uolebat se interficere. estimans fugi
se uinctos. Clamauit autem paulus magna uoce dicens.
Nihil mali tibi feceris. uniuersi enim hic sumus.
Petito q; lumine introgressus est.
& tremens factus procidit ad pedes paulo & sile
& perdu
cens eos foras ait. Domini quid me oportet facere ut sal
uus fiam. At illi dixerunt. crede in dno ihm. & saluus
eris tu & domus tua. Et locuti sunt ei uerbum
dni cum omnib; qui erant in domo eius. Et tol
lens eos in illa hora noctis lauit plagas eorum. & bapti
zatus est ipse & omis domus eius continuo. Cumque
perduxisset eos in domum suam adposuit eis mensam. Et
letatus est cum omi domo sua credens dno. Et cum dies
factus esset. miserunt magistratus lictores dicentes.
Dimittite homines illos. Nuntiauit autem custos car
ceris uerba hec paulo. Quia miserunt magistratus
ut dimittamini. Nunc igitur exeuntes ite in pace.
Paulus autem dixit eis. Cesos nos publice indamnatos
homines romanos miserunt in carcerem. Et nunc occul
te nos eiciunt. non ita. sed ueniant & ipsi nos eici
ant. Nuntiauerunt autem magistratibus lectores uba
hec. Timueruntq; audito quod romani essent. & ueni
entes deprecati sunt eos. & educentes rogabant ut
egrederentur urbe. Exeuntes autem de carcere intro
ierunt in lydiam. & uisis fratrib; consolati sunt.
eos. & profecti sunt. Cum autem pambulassent amphipolim
& apollonia. uenerunt thessalonicam. ubi erat sinago
ga iudeorum. Secundum consuetudinem autem paulus in